



**Vademecum Sive Praxis Opera Quotidiana Aliaque ritè  
peragendi, & per ea salutem & perfectionem propriam, ac  
proximi, instituto Societatis Jesu conformem assequendi**

De crebrâ per diem mentis in Deum elevatione ex omnibus, quæ per  
sensus attinguntur, animæque potentiis se objiciunt

**Limpens, Ferdinand**

**Coloniæ Agrippinæ, 1744**

Vermes.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54773](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54773)

idque intuitu obedientiæ Tobiaë in illo fumo, ut erat iussus excitando, & precum piarum ejusdem. Et sic etiam Diabolus signo externo hoc vel illo posito commovet aerem, veneficio afficit homines. Vides interim in Tobia & Sara, quam amabili providentiâ Deus percutiat & sanet, & fideles exerceat, ut prosperitatis & adversitatis continua sit quasi successio. Et quid tu homo imperfecte ac peccator de ejusmodi permutatione quæteris? nunquid Christo Filio Dei, à nativitate ejus usque ad mortem Crucis, idem contigit?

*Vermes.*

**P**utredini dixi: Pater meus es, & soror mea vermibus. Job. 7. Ego sum vermis & non homo. Ps. 21. Christus ita pro nobis humiliatus. Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur. Is. 66. Vermis conscientiaë & tormenta cruciabunt damnatos in æternum.

*§. 4tus.**Animata Vegetativa.**Arbores in genere.*

**A**rbores autumnales, infructuose, bis mortuæ, *una, eradicatæ.* Ep. Jud. 12. bis mortuæ, primò dum arefcunt, 2dò dum eradicantur. In autumno priùs incipiunt folia protrudere, quæ hyemali frigore mox absumuntur. Symbolum sunt hominis in senectute, in morte volentis se  
ad